Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8172
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



188

que sua sint non irritat non cogitat malum non
gaudet super iniquitate congaudet autem veritati
In Domino am. Transeunte dno clamabit ter
ad eum miserere nobis fili dauid am. Quis plebs
vt audit dedit laudem deo Omnes feras stdas et
Et ingressus est Noe et filii eius feras tetras
vxor eius et vxores filiorum eius cum eo in arcam
propter aquas diluvii De cunctis quadrupedibus
et immundis et de volucribus et ex omni quod mo-
uetur super terram duo et duo ingressa sunt ad
Noe in arcam masculus et femina sicut preceperat
dns deus Noe Cumque transissent septem dies
aque diluvii inundauerunt super terram anno
sexcentesimo vite Noe mense secundo xvii° die
mensis rupti sunt omnes fontes abyssi magne
et cataracte celi apte sunt et facta est pluuia
super terram xl diebus et xl noctibus In arti
culo diei illius ingressus est Noe et Sem cham
et Japhet filii eius vxor illius et vxores filiorum
eius cum eis in archam ipsi et omne animal secundum
genus suum vniuersa quoque iumenta iuxta genus
suum et omne quod mouetur super terram in genere suo
cuncta quoque volatile secundum genus suum Et in at
Ultimus aues omnes volucres ingresse
sunt ad Noe in archam bina et bina ex omni
carne in qua erat vita spiritus Et que ingres-
se sunt masculus et femina ex omni carne in-
troierunt sicut preceperat ei dns et inclusit eum
dns de foris Factum quoque est diluuium xl diebus
et xl noctibus super terram insublime a terra
vehementer enim inundauerunt et omnia reple
uerunt in superficie terre Porro archa ferebat